


EXC.^{MO} VIRO
HIERONYMO COLLOREDO

S. R. I. COMITI DE WALDSEE &c.
INSUBRIUM MODERATORI &c.

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS

S. P. D.



Pericles clarissimi nominis Atheniensis orator Thucydidem Milesium ita sibi adversarium habuit, ut cum sanctissimè Rempublicam quadraginta ferme annos administrasset, ob id unicum accusaretur, quòd nimium in publicis operibus impendisset; at bene cordatus homo calumniam risu accipiens, animoso quidem responso declinavit. De meo, inquit, hæc omnia persolvantur, dummodo liceat in operibus nomen inscribere: tanti scilicet fecerat egregiè factorum in Rempublicam vel unius inscriptionis

*

mo-